

Sermo

S veniemus et mansionem apud eum faciemus? Prophetam quoque non de alio dixisse celo arbitror. Tu autem in sancto habitas laus israel. Manifeste autem apostolus dicit: habitare propter fidem in cordibus nostris. Nec mirum si libenter inhabitat celum hoc dominus Jesus. quod utique non quomodo ceteros dixit tamen ut fieret. sed pugnavit ut acquireret. occubuit ut redimeret. Ideo et post laborem voto positus ait. Nec requies mea in seculo seculi. hic habitabo quonia elegi eam. Et beata cui dicitur. Veni electa mea. et ponam in te thronum meum. Quid tu tristis es o anima mea: et quare conturbas me? Putas nec tu penes te invenias locum domino? Et quis nobis locus in nobis huic idoneus glorie. sufficiens maiestati? Utinam vel mereamur adorare in loco ubi steterunt pedes eius. Quis dabit mihi saltem vestigiis adherere sancte cuiuspiam anime quam elegit in habitazione sibi? Tamen et si dignetur infundere et meam animam unctio misericordie sue. atque ita extendere sicut pellam. que utique cum unquam dilatur: quatinus et ego dicere valeam. Uti mandatorum tuorum cucurri. cum dilatasti cor meum: poterit etiam ipse fortassis ostendere in meipso: et si non cenaculum grande stratum. ubi possit recumbere cum discipulis suis. atramen ubi saltem reclinet caput. A longe suspitio illos certe beatos de quibus dicitur. Et inhabitabo in eis: et deambulabo in illis. Quanta illi anime latitudo. quanta et meritoz progenera que divinam in se presentiam et digna inuicem suscipere et sufficiens cape. Quid illa cui et spacia suppetunt deambulatoria ad opus quidem maiestatis? Non est perfectio intricata forensibus causis: curis ve secularibus. nec certe ventri et luxurie dedita. sed nec curiosa spectandi. seu cupida omnino dominandi. vel etiam tumida dominatu. Oportet namque primo quidem his omnibus vacua esse animam ut celum fiat: atque habitatio dei. Alioquin quomodo poterit vacare et videre quonia ipse est deus? Sed et odio sine invidie aut rancori minime prorsus indulgendum. quonia in malivolam animam non introibit sapientia. Deinde necesse est eam crescere ac dilari ut sic capat dei. Porro latitudo eius dilectio eius (sicut dicit apostolus. Dilatamini in charitate) crescit. Nam et si anima minime. cum sit spiritus. quantum tate corpore recipit. tamen fert illi gratia.

quod negatum est a natura. Crescit quidem et extenditur: sed spiritualiter. Crescit non in substantia sed in virtute. Crescit in gloria. Crescit etiam in templum sanctum in domino. Crescit denique et proficit in virtutum perfectum. in mensuram etatis plenitudinis christi. Ergo quantitas cuiusque anime estimet de mensura charitatis quam habet. ut verbi gratia. que multum habet charitatis: magna sit. et parum: parua. que vero nihil: nihil. dicitur in paulo. Si charitatem non habuerit: nihil sum. Quod si quantulumcumque habere cepit. ut saltem diligentes se diligere curet. ac salutare vel fratres suos: et eos qui se salutant iam non nihil quidem illam animam dixerim. que in ratione datur et accepti sociale saltem retinet charitatem. Verumtamen in terra formam domini: quid amplius facit? Nec amplius proinde nec magna. sed plane angustam: modicamque censuerim animam: quam admodum dice charitatem esse cognoverim. At si grandescat et proficiat. ita ut transiens limitez angusti obnoxius amoris huius. latos fines bonitatis gratuite tota libertate spiritus apprehendat. quatinus largo quodam gremio bone voluntatis ad omnem seipsum curet extendere. proprimus. diligendo unum quemque tanquam seipsum. Numquid iam illi recte dicitur. quid amplius facis. quippe que se ipsam tam amplam facit? Amplius (inquit) gerit charitatis sinum que complexit uniuersos etiam quibus nulla se nouit carnis necessitudine iunctam. nulla spe percipiendi commodi cuiusque illectam. nulla percepti redibitione obnoxiaz. nullo denique omnino astrictam debito nisi illo sane de quo dicitur. Memini quicumque debeatis nisi ut inuicem diligatis. Verum si adicias etiam usquequam vim facere regno charitatis. ut usque ad ultimos eius terminos occupare illud prius inuasor preualeas. dum ne inimicis quidem claudeda viscera pietatis existimes benefacias his quoque qui te oderunt. oves et pro persequentibus ac calumniantibus te. nec non et cum his qui derunt pacem esse pacificus studeas. tunc proorsus latitudo celi. latitudo tue anime. et altitudo non dispar. sed nec dissimilis pulcritudo. impleturque tunc demum in ea quod dicitur. Extendens celum sicut pellem. In quonia mire latitudinis. altitudinis. ac pulcritudinis celo summus et immensus.